

p. 57)<sup>1)</sup>; es verbleiben daher für diese Art nur die von Ledebour Fl. Ross. I. p. 55, angegebenen südostrussischen Standorte, es ist dies also auch eine eminent orientalische, von Kreta, Aegypten über Syrien bis Afghanistan verbreitete Art, welche aber nordwestlich ebenso wie die *N. orientalis* L. bis in die Türkei vorzudringen scheint. Das Vorkommen dieser Pflanze in den Saatfeldern des Tekir-Dagh dürfte wohl kaum Zweifel an ihr Indigenat erregen, da die meisten Nigellen „in cultis“ gedeihen, als Argument aber für ihr wirklich wildes Vorkommen wäre der Umstand zu erwähnen, dass die von mir zwischen Neipios (Naibkeui) und Rodosto in Unzahl beobachteten Exemplare die var. *hispida* Boiss. darstellen, welche nach den Worten des Autors: „haec vere spontanea et typus speciei esse videtur“.

Budapest, am 10. Jänner 1894.

## *Plantae novae Orientales.*

### III.

Von J. Freyn (Prag).

(Fortsetzung.<sup>2)</sup>

Ob legumina sémibilocularia et pilorum ramos saepe inaequales noster ad *A. incertum* Ledeb. ceterum valde diversum vergens. Habitu *A. canescens* Bunge (= *A. psoralioides* DC. Astrag. tab. 18!) accedit et caracteribus, nonnullis ei affinis sed diversus: indumento parco (nec argyro), caudiculis numerosissimis reliquiis foliorum emarcidorum densissime armatis, stipulis conspicuis (nec minimis), foliolis parcioribus, capitulis sublaxis, calycis campanulato-tubulosi dentibus tubo sextuplo (nec 4 plo) brevioribus, ore valde obliquo, vexilli lamina latiuscula (nec oblongo linearis) et forse legumine (in *A. canescens* ignoto). Aliae species ex Onobrychiorum grege calycibus adpresso pilosis et caulibus humilibus brevissimis donati multo magis differunt.

*Astragalus (LXXV. Proselius) humillimus* Freyn et Sint. E radice crassa pluricipite dense caespitosus scaposus foliosissimus obscure vires subglaber; stipulis patentibus triangulari-lanceolatis parce pilosis membranaceis apicem versus herbaceis viridis, foliis breviter vel longe petiolatis, petiolo adpresso et sparse piloso, foliolis 4—12 jugis crassiusculis obovato-orbiculatis vel breviter ellipticis subretusis, juvenilibus subtus plus minusve dense strigulosis tandem sparse et adpressissime pilosis supra glabris; scapis folia subaequantibus brevioribus vel sublongioribus adscendentibus parce adpresso pilosis racemo subcapitato laxiusculo paucifloro terminatis; bracteis pedicellum subaequantibus

<sup>1)</sup> „in Germania“ (L. Spec. pl. ed. II p. 753) wohl auch nicht wild.

<sup>2)</sup> Vergl. Nr. 1, S. 27.

vel brevioribus late membranaceo marginatis e basi ovata acuminatis; calycis parce et adpresso albo- et nigro-setulosi basi minutissime bibracteolati dentibus lanceolato-subulatis, tubo 4 plo brevioribus, corolla (in sicco) violacea, vexilli calyce plus duplo longioris lamina ovato-oblonga basi obtusangula apicem versus non strangulata alas quarta parte superante carina dimidio longiore; leguminibus bivalvibus sub 5 spermis transverse reticulatis erecto patentibus adpresso et sparse setulosis oblique linearis-oblongis compressis subincurvis latitudine sua circ. sextuplo longioribus, abrupte tenuiter et unilaterali cuspidatis, sutura carinatis, dorso sulcatis; seminibus (fere maturis) reniformibus nigrescentibus. 24. Junio, Julio.

*Paphlagonia*. Kastemuni: in montosis ad Taschly Chan die 6. Majo (Exsicc. no. 3853); Tossia: prope Tossia Dewrendi in declivibus jugi Kutschuk-IIkas-Dagh die 4. junio (Exsicc. no. 4124) et in pinetis ad Schakylar die 16. julio 1892 (Exsicc. no. 4688) leg. Sintenis!

Dimensiones: Stipulae circ. 4 mm longae ad basin circ. 2 latae, folia cum petiolo eis aequilongo (maxima a me visa) 10·5 cm longa, 1·3 lata sed usque 3 plo breviora; foliola maxima a me visa 5·5 mm longa, 3·5 lata, minima dimidio breviora et angustiora; scapus 5—8·5 cm (cum racemo) longus; calyx 9 mm longus, vexillum 25 millimetrale, lamina circ. 15 mm longa et 5·5 supra basin lata; legumen cum rostro bimillimetalri circ. 18 mm longum 3 latum; semen 2 mm longum, 1 $\frac{1}{3}$  latum.

*A. humillimus* habitu *A. pygmaeum* Pall. Astrag. tab. 44 ceterum diversi revocans sed etiam *A. glaucophyllo* Bunge, *A. schizoptero* Boiss., *A. sanguinolento* MB. et *A. viridissimo* Freyn et Sint. affinis. Ab hoc ultimo differt jam legumine angusto caulibus scaposis calyce adpresso (nec patentim) piloso; ab *A. sanguinolento* florum colore, bracteis pedicello subbrevioribus (nec longioribus), legumine immaculato setuloso (nec rubro maculato glabro), dorso sulcato (nec carinato); ab *A. schizoptero* colore obscure viridi (nec glauco), calycinis dentibus tubo 4 plo (nec duplo) brevioribus, foliolis et leguminibus nec glabris manifeste minoribus etc.; ab *A. glaucophyllo* colore obscure viridi (nec glauco), calycis dentibus brevibus (nec tubo dimidiata longioribus), floribus minoribus, leguminibus non glabris neque maculatis compressis (nec teretiusculis) dorso sulcatis (nec utrinque carinatis).

***Astragalus (LXXV. Proselius) Tempskyanus*** Freyn et Bornm. in Oesterr. Botan. Zeitschr. XL. p. 442—443. Occurrit saepe scapo fere nullo et tum racemo subacauli.

*Paphlagonia*. Kastemuni: in collibus prope Seidler die 4. majo (Exsicc. no. 3852); Tossia: in collibus ad Kawak Tscheschme versus Dikmen die 10. majo (Exsicc. no. 3663 c) cum sequente et 13. junio 1892 cum fructibus leg. Sintenis!

Wächst mit der im Folgenden beschriebenen Abänderung gemeinsam, ist mit derselben durch Uebergänge verbunden, zeigt aber auch nahe Beziehungen zu *A. crassicarpus*.

Subsp. ***A. unguiculatus*** Freyn (= *A. Tempskyanus* β. *canus* Freyn et Sint. in Sint. exsicc.) — E radice valde squamata crassa pluricpite laxe caespitosus foliosus scaposus et, inflorescentia excepta. ad presse canus subvirescens; stipulis triangulare-lanceolatis acutis membranaceis basi et dorso laxe et ad presse strigulosis apice herbacea viridi hirsutis; foliis breviter petiolatis lanceolato-linearibus, foliolis 5—12 jugis petiolulatis crassiulus ellipticis vel fere orbicularis obtusis vel subretusis mucronatis; scapis foliis dimidio brevioribus adscendentibus apice calvescitibus racemo 6—15 floro initio capitato tandem laxiusculo terminatis; bracteis pedicello sesqui-longioribus membranaceis nervo viridi percursis e basi ovata acuminate; calycis ad presse albo- et praesertim nigro-setulosi basi minutissime bibracteolati dentibus subulatis tubo 2½—3 plo brevioribus, corolla (in sicco) rubro-violacea tandem livescente, vexilli calyce plus duplo longioris lamina e basi oblongo-ovata superne manifeste et abrupte attenuata retuso-biloba alas carina parum longiores tertia parte superante; leguminibus bilocularibus sub 16 ovulatis sed vix 8 spermis crassis erecto patentibus conniventibus densiuscula hirsutis e basi angustiore incurvatis clavatis latitudine sua 3 plo longioribus quasi unguiculatis rostro valido incurvo pungente abrupte terminatis, dorso rotundatis ventre carinatis; seminibus (fere maturis) reniformibus nigricantibus.

21. Majo.

Paphlagoniae ad Tossia: in collibus nudis ad Kawak-Tscheschme die 10. majo (flor.) et 7. junio (ruct.) 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 3663).

Dimensiones: Stipularum pars libera circ. 6 mm longa ad basin 2·5 lata; folia maxima cum petiolo eorum dimidiata aequante circ. 9 cm longa et 1·5 lata, minima (paucijuga) 4 longa et centimetrum lata; foliola majora saepe 9 mm longae vel subbreviora ad medium 5½ lata, minima 3·5 longa 1·5 ad medium lata; scapi cum racemo eis aequilongo 4—11 cm longi, calyx 12 mm longus 3 diametro; vexillum 23 mm longum (cum ungue centimetrico), lamina supra medium circ. 4·5 mm lata; legumen cum rostro bimillimetrico 1·5—2 cm longum.

Diese Unterart sieht wegen des dichten grauen Indument dem *A. Spruneri* Heldr. und *A. clavatus* DC. besonders ähnlich, steht aber in ihren übrigen Merkmalen dem *A. Tempskyanus* Freyn et Bornm. so nahe, dass ich sie zuerst für eine Varietät desselben gehalten habe. Indessen scheint es mir jetzt besser, sie als Unterart des letztgenannten hinzustellen. Nahe verwandt ist sie auch mit der folgend beschriebenen Unterart:

*Subsp. Astragalus crassicarpus* Freyn et Sint. Valde affinis *A. Tempskyano* et prasertim *A. unguiculato* Freyn et Sint. a quibus manifeste sed parum diversus leguminibus crassis fere semicircularibus. Habitus et caracteres ceteri omnino *A. unguiculati*.

Paphlagonia ad Tossia: in pinetis ad Schakylar die 16. julio 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. 3663 b).

*Astragalus (LXXV. Proselius) acrocarpus* Freyn et Sint. E radice pluriciple scaposus laxe caespitosus, ad presse sericeo-canescens, foliosus, stipulis e basi lata triangulari-lanceolatis dense canis, foliis longe petiolatis late linearibus, foliolis remotiusculis 4—7 jugis brevissime petiolulatis fere sessilibus, oblongo ellipticis vel ellipticis acutiusculis; scapis folia adaequantibus erectis, racemo multifloro elongato densiusculo tandem laxo terminatis; bracteis membranaceis triangulari-lanceolatis hirsutis pedicellum aequantibus, calycis ad presse albo strigulosi albicantis basi minutissime bibracteolati dentibus tubi dimidiata fere aequantibus, corolla atropurpurea calyce duplo fere longiore, vexilli subrecurvi lamina e basi ovata abrupte oblonga subretusa, alas carinam longiores  $\frac{1}{4}$  superante; leguminibus bilocularibus crassis in pedunculo demum arcte recurvo pendulis ad presse canis fuscescentibus vel breviter cylindricis calyce duplo latitudine sua  $2\frac{1}{2}$  plo longioribus rectis, vel in eadem specimine breviter obovatis calyce paulo longioribus — in rostrum subulatum validum rectum pungentem abrupte angustatis, dorso (sutura) laevissime sulcatis vel obtusis, ventre argute carinatis; seminibus oblique reniformibus nigricantibus. 24. Junio.

Paphlagoniae Tossia: in declivibus ad Giaur tschai dere die 36. junio (flor.) et 5 julio 1892 (fruct.) leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4485).

Dimensiones: Stipularum pars libera 7 mm longa, ad basin 3·5 lata; folia majora (speciminum altiorum) 22 cm longa petiolo 10 centimetrali inclusa 3·5 lata, minora (in speciminibus minoribus) 8 cm tantum longa 2·2 lata. Foliola 22 mm longa ad medium 11 lata et dimidio minora; scapus cum racemo 10 centimetrali 15—40 cm altus; calyx 12 mm longus, supra basin 3·5 latus; vexillum 20 millimetrale, carina 15 mm longa alae 17 longae; legumen cum rostro 4 millimetrali usque 20 mm longum, 7 latum, 6 crassum vel triente brevius et angustius; semina fere matura 2·5 mm longa, 2 lata.

Species ex grege difficillimo *A. atropurpurei* Boiss. quo induimento et florum colore congruit et floredi tempore aegre discernenda. Sed legumina optime alienae rectae, duplo crassiores et coriaceae (nec papyraceae). Magis affinis nostra videtur *A. nucleifero* Boiss., floribus brevibus, calycinis dentibus brevissimis, legumine breviore sed latiore utrinque carinato diverso.

*Astragalus (LXXVII. Cystodes) paphlagonicus*

Freyn et Sint. Adpresse canus basi fructicosus erectus strictus vix adscendens, ramis herbaceis, stipulis parvis herbaceis triangulari lanceolatis adpresse hirsutis petiolo brevi superatis; foliolis 4-jugis linearibus saepe angustissimis, virentibus pube sparsa adpressissima obsitis obtusis mucronulatis, pedunculis longissimis rigidis adpresse hirtis; floribus 10—12 brevissime pedicellatis breviter racemosis subcapitatis, bracteis linearibus pedicello albo nigroque hirti plus duplo longioribus, calycis tubulosi tandem rupti sed vix inflati tubi dense adpresse albo et sparsin nigro hirti quartam partem attingentibus, calycis dentibus subflexuosis tubo 4—5 plo brevioribus subulatis dense nigrohirtis; corolla livida glabra vexillo ex ungue brevi obovato-oblongo obtuso alas carina manifeste superante conspicue longior; legumine (immature, sed ut videtur bene evoluto) transverse reticulati parce adpresse hirti biloculari dorso ob suturam leviter carinatam et marginibus elevatis bisulcato ventre carinato valde compresso (an etiam maturo?) linearis oblongo sursum convexo in rostrum tenue breve abrupte attenuato, calyce plus sesqui longiori. ♂. Junio.

Paphlagoniae ad Tossia: in collibus prope Kawak-Tscheschme die 7. junio (Exsicc. no. 4126, forma foliolis latioribus) et ad Hadschi Ahmed die 17. junio 1892 (Exsicc. no. 4126 b, forma stenophylla cum fructibus immaturis) leg. Sintenis! Huc quoque spectare videtur Astragalus perjuvenilis in declivibus prope Derinös proveniens et a cl. Sintenisio sub no. 3883 distributus.

Dimensiones: Caulis 50—60 cm altus; folia cum petiolo centimetrali usque 5—6 cm, foliola 20—35 mm longa hisce 3·5—1 mm lata; pedunculi cum racemo 3 centimetrali usque 21 cm attingentes; calyx cum dentibus 4—5 millimetralibus 15—16 mm longus, circ. 4 diametro. Vexilli cum ungue 5—6 millimetrali 20 mm longi lamina supra medium (explanata) 8 mm lata; alarum 16 millimetralium lamina ungue subbrevior; carina 12 mm longa; legumen cum rostro 3 millimetrali 20 mm longum, 5 fere latum et 2 tantum crassum.

Ob calycem rumpentem speciem novam ad Cystodes militare mihi videtur, ubi *A. melanocephalo* Boiss. et *A. rigido* Boiss. Bal. tantum affinis a quibus differt caudicibus erectis (nec procumbentibus) calyce non inflato, calycinis dentibus tubo 4—5 plo (nec 3 plo) brevioribus, corolla livida (nec flava vel violacea) et leguminibus arcuatis transverse reticulatis sparse hirtis (nec rectis dense albo-tomentosis). — Species e Xiphidiarum grege jam calyce non ruptili egregie differunt.

*Oxytropis (Euoxytropis) Sintenisii* Freyn. Caespitosa caulescens valde foliata erecta vel subadscendens dense patentim hirsuta, stipulis liberis ovato-lanceolatis acuminatis basi membranaceis

a medio viridibus herbaceis; foliolis 4—9 jugis foliorum basaliis oblongis obtusis, caulinorum linearibus acutis; pedunculis axillaribus folio longioribus racemis capitatis paucifloris sublaxis terminalibus; bracteis subulatis, inferis calycem fere aequantibus superis calycino tubo sesqui longioribus; calycis campanulati hirsuti dentibus flexuosis subulatis tubo sublongioribus, corolla sulfurea immaculata, leguminibus semi-bilocularibus circ. 12 spermis nigricantibus erectis hirsutis oblongocylindricis, apice attenuatis rostratis et subrecurvis, sutura ventrali sulcatis dorsali intus non producta extus rotundatis; seminibus (fere maturis) oblique obcordatis. 24. A medio junio ad exeuntem julium.

*Paphlagoniae Tossia*: in glareosis subalpinis montis Giaurdagh die 10. junii et 29. juli 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 4216).

**Dimensiones:** Caulis 10—20 cm altus, folia basilaria cum petiolo eis subaequilongo circ. 3·5 cm, caulina cum petiolo vix centimetrali ad 11 cm longa vel subbreviora, intermedia basilaribus semper longiora; foliola (saepe alternantia) in eodem folio ab basilaribus 27 mm longis et 3·5 latis ad apicalia 15 mm longa 3 lata sensim decrementa; stipulae in caulis medio sitae 15 mm longae et in trientem inferiorem 3 latae, inferae latiores superae angustiores. Pedunculi 10 cm longi vel breviores; racemus sub 10 floribus pollicaris, calyx sub 14 mm longus, vexillum 15—17 longum, legumen (fere maturum) cum rostro 4 millimetrali 22—28 mm longum, 4 crassum; semina nigricantia fere 2 mm longa et 1·5 lata.

Ab affini *O. Pallasii* Pers. nostra differt caule erecto (nec procumbente) stipulis longioribus, pedunculis folio longioribus, racemis paucifloris, bracteis subulatis (nec lanceolato-linearibus), calycem subaequantibus (nec eo manifeste brevioribus), calycis lacinias subulatis tubo sublongioribus (nec lanceolatis eo aequilongis), corolla sulfurea immaculata (nec aurantiaca maculata), calyce parum (nec sesqui) longiore. *O. pilosa* DC. longe aliena.

*Vicia narbonensis* L.  $\beta$ . *lutea* Freyn et Sint. Typo differt corolla lutea, carina ad apicem fusca.

*Paphlagoniae Tossia*: in campis ad Kösen die 10. majo 1892 leg. Sintenis! (Exsicc. no. 3661).

*Goebelia (Sophora) reticulata* Freyn et Sint. Subpatule hirsuta virens, caule gracili erecto a medio ad apicem pyramidatim ramoso folioso infra medium jam floredi tempore nudo; stipulis parvis fuscouscentibus lanceolato-linearibus hirsutis; foliis teneribus breviter petiolatis erecto patulis ambitu oblongis; foliolis sub 12 jugis cum impari, petiolulatis pectinatis saepe alternis a medio basin et apicem folii versus subdecrecentibus tandem planis oblongis obtusissimis brevissime mucronulatis supra demum glabrescentibus, subtus valde reticulatis; racemo

terminali folia superante basi laxiusculo et subinterrupto; floribus in pedicellis erecto-patulis bractea eis aequilonga fuscata linearis obtusa suffultis horizontalibus; calycis laxe et adpresse hirsuti margine tomentosi dentibus late triangularibus tubo facie subquadrato dorso valde gibbo multo brevioribus; corolla alba (sicco sordida) glabra, vexillo alis auriculatis carinam obtusiusculam parum superantibus fere sesquiongiore. initio porrecto tandem ab aliis petalis jam basi remoto et a medio fere semicirculatim recurvo; staminibus liberis linearibus, 2 superioribus valde distantibus et basi latiore albo villosis, apice subulatis et antheras capitatas ferentibus; ovario linearis filamento vix latiore patule hirsuto; leguminibus ignotis. 24 Exeunte Aprili. (Forts. folgt.)

## Litteratur-Uebersicht.<sup>1)</sup>

December 1893.

Beck G. R. v. Mannagetta. Ueber die Formen des Türkensbundes (*Lilium Martagon*). (Wiener illustr. Garten-Zeitung, VIII: Jahrg. 11. Hft. S. 409—413.) gr. 8°.

Spielarten von *L. M.* sind: *L. Linneanum* G. B., *L. sanguineo-purpureum* G. B., *L. Cattaniae* Vis., *L. roseum* G. B., *L. albiflorum* Vuk., *L. album* Jenk.

Chodat R. Monographia Polygalacearum. II. Partie. (Mém. de la Soc. de phys. et d'histoire nat. de Genève. Tome XXXI. II. Partie.) 4°. 500 pag., 23 Taf.

Der vorliegende 2. Theil dieser Monographie umfasst die Systematik der Gattung. Im Folgenden sei auszugsweise die Systematik der österreichisch-ungarischen *Polygala*-Arten wiedergegeben.

### Sectio 9. *Chamaebuxus*.

1. *Polygala Chamaebuxus* L. mit der Var. *rhodoptera* in den Ostalpen.

### Sectio 10. *Orthopolygona*.

#### Subsectio 14.

2. *P. maior* Jacq. Niederösterreich, Mähren, Ungarn, Galizien, Tirol, Dalmatien mit forma *leptoptera* Chod. Form: f. *Bosniaca* Chod. Nassich bei Oreshaz.

3. *P. vulgaris* L.

##### I. *Genuina*.

- B. var. *oxyptera*. — Subvar. *euoxypeta* Rehb. Mähren; f. *orientalis* Chod. Damoclet.

##### II. *comosa*.

- α. *stricta* Chod. Ungarn, Schlesien, Bosnien.

- β. *Lejeunii* Borb., forma *oxysepala* Borb. Ungarn, Bosnien, Kärnten.

<sup>1)</sup> Die „Litteratur-Uebersicht“ strebt Vollständigkeit nur mit Rücksicht auf jene Abhandlungen an, die entweder in Oesterreich-Ungarn erscheinen oder sich auf die Flora dieses Gebietes direct oder indirect beziehen, ferner auf selbstständige Werke des Auslandes. Zur Erzielung thunlichster Vollständigkeit werden die Herren Autoren und Verleger um Einsendung von neu erschienenen Arbeiten oder wenigstens um eine Anzeige über solche höflichst ersucht.

Die Red.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution](#)

Jahr/Year: 1894

Band/Volume: [044](#)

Autor(en)/Author(s): Freyn Joseph Franz

Artikel/Article: [Plantae novae Orientales. 61-67](#)